~~Wykaz~~ przywilejów dozwalających mieszczanom Krakowskim posiadać dobra ziemskie.

K.

MIASTO KRAKOW na fundamencie Praw ktore tu niżey specyfikuie, Konstytucyami approbowanych czyli Jego Obywatele Dobra Ziemskie pacifice dziedziczyli zawsze, bo ma Przywiley.

1mo. SErenissimi LUDOVICI Regis de data Budæ Die 12. Septembris Annô 1379. iż Bona Terrestria Cives Cracovienses pro eorum illibata fide infra duorum milliarium spatium idest Villas Hæreditates Possessiones undique libere coemere & possidere possint.

2do. Ex Privilegio Serenissimi VLADISLAI de data feriâ secunda infra Octavas Assumptionis Beatissimæ Mariæ Virginis Annô 1399. Bona eadem Terrestria Cives Cracovienses non jam ad duo tantummodo Milliaria, vigore Privilegii LUDOVCI Regis quod in toto confirmat Serenissimus VLADISLAUS Rex, verum ubivis locorum Dominis Consulibus Cracoviensibus & eorum Civibus licet Villas & Hæreditates quascunque coemere, tenere & possidere, more & Jure quibus cæteri Nobiles Villas Suas & Hæreditates possident ac habere gaudereque noscuntur.

3tio. Decretum in Conventu Generali Regni inter Nuntios Terrestres & Cives Cracovienses ex Partium Controversiis satum Serenissimi SIGISMUNDI Regis Primi de data Cracoviæ feriâ secunda post Festum Sanctissimæ Trinitatis Annô 1543. quod iidem Consules & Cives Cracovienses ubivis locorum Jure Nobilium coemere possunt Bona Terrestria & quod ratione eorundem Bonorum per Cives possessorum circa Jura & Privilegia sunt conservati.

4to. Decretum Serenissimi VLADISLAI Quarti de data Varsaviæ in Conventu Generali inter Instigatorem Regni ex delatione Generosorum Exactorum Contributionum Palatinatus Cracoviensis & Nobilem Hyacinthum Pipan Civem Cracoviensem ex solenni Controversia Partium feriâ quintâ ipsa Vigilia Festi Sancti Andreæ Apostoli Annô 1635. quod Bona eadem



Terrestria Consules iidem ac Cives Cracovienses, vigore eorundem Jurium supra allegatorum emere & possidere possunt.

5to. Est etiam Decretum Serenissimi JOANNIS ~~[illegible]~~ Casimiri Regis ex solenni Partium Controversia inter Generosum Instigatorem Regni ejusque Delatorem Paulum Wisłowski Contributionum Palatinatus Cracoviensis Exactorem, atque Famatum Joannem Mulinowicz Braxatorem & Civem Cracoviensem, Villæ Wiecławice seu Wola Wiecławska Hæredem Citatum, latum de data Varsoviæ in Comitiis Regni General: Feria Sexta post Festum Sanctæ Luciæ Virginis Annô 1650.

Wspieraią to i Konstytucye utwierdzaiące w generalności Miasta Krakowa Przywileie, a w szczegolności Konstytucye Roku 1611. Vol: 3. fol: 14. tit: Miasta, 1613. Vol: 3. fol: 171. tit: Potwierdzenie Przywileiow, item fol: 26. tit: Miast Koronnych, 1621. Vol: 3. fol: 420. §. Mieszczanie, 1550. Vol: 2. fol: 596. tit: Mieszczanie, 1768. tit: Warunek Miast, i kilkakrotne w tych materyach, nawet świeże Dekreta Trybunalskie zapadłe.



